



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 7. Aliæ Legationes ad eundem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. cum Patrem ejus genuisset, impense co-
A.C. 1485. mendans orationi suæ finem imposu-
Innocentius Legatum dilaudatis eju-
dem obsequiis perbenigne dimisit, eis
literas die vigesima tertia (*) Aprilis
præsentis anni datas tradidit, quas ad
busonium magnum Rhodiorum Mu-
strum deferret.

§. VII.

*Aliæ Legationes ad eundem
Papam.*

Onuphr. in Non modo Rhodii hoc anno Innocen-
Innot. VIII. tio VIII. obedientiam deferebant
etiam Franciæ, Angliæ, & Danicæ
ges, Mediolani & Britanniæ Duces, Be-
tholdus Moguntiæ, & Joannes Tre-
ris Archiepiscopi, ambo S. R. Imperii
lectores, necnon Genuensium Respu-
ca hanc in rem Oratores decernebant.
Hos omnes summus Pontifex haud
garibus benevolentiae signis excipiens,
mutuam concordiam hortabatur, sum-
que innumera bellorum incommoda
ponens dicebat: *In bellis violantur ter-
pla, summi Dei cultus intermittitur, u-
bes diripiuntur, & virgines suprantur,*
& ejusmodi, inquit Onuphrius, saepe rup-
ter

(*) Apud Raynaldum data legationis
literæ die 22. Aprilis.

tebat Pontifex. Postea ardentissimum, Sæcul. XV.
 quo flagrabat, monstravit desiderium, ut A.C. 1485.
 cunctis Principibus arctissimo fœdere jun-
 ctis, sacra Crucis Dominicæ vexilla ad-
 versus Religionis hostes attolli & circum-
 ferri possent. Obstabant tamen omni-
 bus hisce ferventissimis hortationibus
 bella, quæ præcipue inter Matthiam
 Hungariæ Regem, & Fridericum Impe-
 ratorem, necnon inter Albertum Bran-
 deburgensem & Othonem Bavarum e-
 rant oborta, quamvis horum arma ad
 refringendos Turcarum progressus oppi-
 do necessaria fuissent: Cum autem Gre-
 gorius Bavariæ Dux inter eos se pacis
 conciliatorem futurum exhiberet, pia
 illius studia summus Pontifex literis ad
 eum datis plurimum laudavit, illumque, ut
 strenuam cæptis daret operam, adhor-
 tatus est. Data est hæc Pontificis epi-
 stola Romæ die vigesima octava Se-
 ptembris.

§. VIII.

*Bellum Hungariæ Regis in Au-
 stria: Vienna ab eo ob-
 seffa.*

Sedatum quidem bellum Bavanicum Bonfin. dec. 4.
 est: Austriacum vero magis accen- l. 6.
 sum; quippe Viennam Matthias Hunga- Naucler. ge-
 riæ Rex, postquam cum Turcis inducias ner. 50. vol. 2

Q. 2 pepige-